UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

LXXII. Kaiser Karls IV. Befehl an Sandau, dem Erzstift Magdeburg zu huldigen, vom 20. October 1361.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55861

Visual Library

LXXIII. Kaiſer Karls IV. Befehl an Sandau, dem Erzſtift Magdeburg zu huldigen, vom 20. October 1361.

Karolus Quartus, diuina fauente clemencia Romanorum Imperator, ſemper auguſtus et Bohemie Rex, Magiſtro Conſulum, conſulibus et vniuerſitati Ciuitatis Sandow, fidelibus ſuis dilectis graciam ſuam et omne bonum. Cum ſedes apoſtolica venerabili Teoderico, pridem Mindenſi Epiſcopo, principi ac conſiliario noſtro dilecto de eccleſia Magdeburgenſi prouiderit, Et ipſe archiepiſcopali pallio per ſedem eandem ſibi tranſmiſſo in preſencia noſtra nuper cum omni reuerencia digne recepto Eciam Regalia eccleſie ſue predicte a nobis tamquam Romano Imperatore ac domino ſuo ſuſcepit, vt decebat, Nos eundem archiepiſcopum habito reſpectu ad multiplicia merita probitatis ipſius vna cum eccleſia ſua, Caſtris, Ciuitatibus, Municionibus et dominiis in noſtram et Imperii ſacri protectionem et tuicionem aſſumpſimus gracioſe. Volentes ipſum et eandem eccleſiam ſuam In iuribus, priuilegiis, libertatibus et graciis obtentis ab Imperio benigno fauore protegere Et Imperialis tuicionis preſidio conſeruare, Sicut hec omnia nunccii ſiue procuratores prefati archiepiſcopi, Quos idem ad nos pridem premiſiſſe dinoſcitur, ad veſtram, vt credimus, noticiam plenius perduxerunt. Quia vero idem archiepiſcopus Sedem ſuam vosque et loca ſingula ſibi et eccleſie ſue ſubiecta iam viſitare, accedere et videre decreuerit propria in perſona, fidelitatem veſtram ſerioſe requirimus et hortamur vobiſque diſtricte precipiendo mandamus, Quatenus ipſum tamquam ordinarium et verum dominum veſtrum cum reuerencia condigna recipere Sibique fidelitatis et omagii Juramenta preſtare, obedire fideliter et parere Et in omnibus ad ipſum et eccleſiam ſuam ſpectantibus debite ſubieccionis reſpectu efficaciter intendere debeatis, nullam in hiis ſub pena grauiſſime indignacionis noſtre renitenciam facientes preſencium ſub Imperialis maieſtatis noſtre teſtimonio litterarum. Datum Nuremberg, anno domini Milleſimo Trecenteſimo Sexageſimo primo, Indiccione XIIII, die XX menſis octobris.

Aus dem Copiarium No. 57 f. 57 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

LXXIV. Der Stadt Sandau Schadlosbrief für den Erzbiſchof von Magdeburg in Betreff der Urkunde, wonach die Stadt nicht von der Mark getrennt werden könne, am 24. Mai 1363.

Wir Ratmanne, Schepffen, Guldemeiſtere vnd alle gemeynen borgere der ſtad zu Sandow, Bekennen offenlich mit diſſem briue allen den, die en ſehen odir horen leſen, das wir mit eyndrechtigen wolbedachten muthe, mit guter gewiſſen vnd willen vnſer burger gemeyne gelobt haben vnd globen in guten truwen, an eides ſtat, dem Erwirdigen, In gote uater vnd herrn, herrn Ditherich, Ertzbiſchoff des heiligen goteshus zu Meideburg, vnſerm lieben gnedigen herrn, das alle briue, die wir haben vnd da wir mit begnadet ſind von den Marggreuen von Brandeburch vbir das ſtucke, das man vns nicht vorwiſen noch ſcheiden ſulle von der Marke vnd mit name von der alden marke, ym, ſinem gotshus vnd allen ſinen nachkomen Ertzbiſchofen zu Meideburg